



Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

S. Lvcanvs Episcopvs Sabionensis, Hodie Brixinensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

S. LVCANVS
EPISCOPVS SABIONENSIS;
HODIE BRIXINENSIS.

Anno Christi
CCCCXXIV. XIII.
Cal. Aug. Philipp.
Ferrar. de Ital. SS.
Charta Belunenses.
S. Lucanus Episc.
Brixinensis sub annu
424. idem Phil. Ferr.
rar. 20. Iulij.



Iuus hic Lucanus Sabionensem egit pontificem sub annum Christi CCCCXXIV. Cælestino Pontifice M. Romanam Ecclesiam Christiani orbis parentem administrante, apud quem ab æmulis & nimis religiosis delatus est, quod ditioni suæ subiectis per Cineralia, cum summatarum inopia premerentur, lactis vsum & quæ inde obsonia fiunt, in cibum benignius indulgisset, cum tamen necessitas legem nesciat, nec ecclesia, quæ mater, non nouerca est, velit ouilia sua nimia fame premi, multò minus interire. Citatus ergo ad summi in orbe Christiano iudicis tribunal, quamuis jam annis & senio fessus, vno duntaxat administro comitatus, cum spoletum venisset, stabularij seu cauponis vxorem aqua intercute distentam solis precibus cutauit, vti noxius humor sponte difflueret, yterusque euacuatus & correctus subsidet. Inde Romam vsque progressus, cum pallium ad solis radios siccandum suspenderet, pependit illud non ab vilo paxillo vel clauo, perinde quasi tela solis armata hamis sustinerent vestem. Quod cum pontifex Cælestinus ipse spectator admiraretur, indeque de sanctitate anstictis coniecturam faceret, non solum ab omni crimine habuit excusatum (vt cuius innocentiae etiam cælum suffragaretur) sed etiam multis cultum beneficiis ad suam sedem remisit. Atqui nec tum potuit, quamuis Romæ absolutus, domi conquiescere, inimicis illum tamdiu exagitantibus donec loco cederet, qui inde in vallem Agordiam quæ Beluno vrbi paret, se demisit, vbi Auatia religiosa foemina peregrino victum benignè subministrauit. Cum vita cessisset & corpus eius Belunum esset deferendum id nunquam fieri potuit, quo ad sacrum eius caput Agordi velut pignus accepti beneficii relinquere-
tur. Reliqua pars corporis Beluni in summam ædem illata summam habuit venerationem.

Hic eximendus est lectori vnus alterue scrupulus qui Philippum Ferrarium nequicquam torfit. Miratur is, cum de hoc Luciano Brixinensi præfule tractat, quamobrem apud Democharem & Hundium in syllabo pontificum Brixinensium vel Sabionensium nulla

Planè geminū huic
factum leges apud
Surium in S. Floren-
tino Episcopo Argenti-
nensi VII. Nouembrii.
(De quo plura Bru-
schius in syllabo E-
pisc. Arg. p. 36. vbi
tamen hoc nō legitur)
Et de S. Nicephoro Fer-
rarius 28. Maij p. 816.
De S. Brigida Scots
Virgine Ibernica. S.
Dionysio Ibero fratre
S. Galli Abbatis de
quib. martyrol. Rom.
et alij.

S. LYCANVS EPISC. SABIONENSIS HODIE BRIXINENSIS.



Exaltam vacuo suspendi in aëre vestem,
Præful et à puro sole perpendit onus.
Pro cervis madidam radij subiere lacernam.
Atlantes Phœbi sustinuerunt togam.

Quod simul ut vidit triplici diademate cinctus,
Numinis in toto qui gerit orbe vices,
Equis aut nostrâ venit novus hospes in urbe?
Maius Phœbæo sidere fidus adest.

A 4

nulla

IV. ANNO EPISCOPI SARAVIENSIS HODIE BRITANNICI



...
...
...
...
...

allen

Λ

nulla fiat huius mentio. Promtissimum est è vero respondere; Nomina ab usque S. Cassiano omnium pontificum propter barbarorum incursionem & urbis euersionem ad usque S. Genuinum seu Ingenuinum (de quo infra) intercidiſſe. Nullum autem genti illi rectorem, præfulem aut pontificem interea vnquam præfuisse, non est verisimile, cum hic ipse Lucanus ex monumentis Belunensibus ostendatur interea loci pontificem illic egisse. Sed & prisca Brixinensium chartophylacia tum belli cladibus, tum incendiorum ruinis perierunt: vt doceri non possit, nullum præterea alium post Cassianum episcopum fuisse. Alter est, cum Brixina illa tempestate nec opidum fuerit, neque nomen eius extiterit, & ab S. Albuino, qui sub Othone III. & Henrico S. demum vixit, sedes è Sabiona Brixinam, quam ille mœnibus cinxit & opidi nomen indidit, fuerit translata; quomodo S. Lucanus potuerit dici Episcopus Brixinensis? Nec hîc opus est Alexandri gladio ad secandum hunc nodum. In promptu est responsio, dictum esse Brixinensem Episcopum per metachronismum, quod sedes Brixinam è Sabiona sit translata, vt hodie SS. Cassianus, Ingenuinus & Albinus dicuntur Brixinenses Episcopi per vsurpationem & catachresin, cum Sabionenses fuerint. S. Albinus primus Brixinensis pontifex celebratur, A quo posterioris æui scriptores regressi ad primos cum Sabionæ nomen, Brixinæ claritas extinxisset, etiam priores pontifices Brixinenses & pontificatum Brixinensem, abolito Sabionæ nomine, nuncuparunt. vt ex Belunensibus chartis coges, quæ non eodem seculo quo S. Lucanus vixit, sed longo post interuallo sunt perscriptæ. Quomodo enim Brixinensem appellasset pontificem cum Brixina nusquam nisi in Vtopia per id tempus esset. Quare Brixinenses pontifices sancto veròque jure hunc S. Lucanum in album & syllabum antistitum Brixinensium possunt adlegere, & inter DD. Cassianum & Ingenuinum medium collocare. Nec est quod quisquam cogitet, hunc fortasse Brixinensem in Italia fuisse præfulem. Extant apud Democharem nomina Brixinensium Italicorum pontificum, inter quæ nullus est Lucanus. Mox alium è superis euocabo Brixinensibus juxta ac Lucanum, ignotum; cum tamè miræ virtutis & sanctitatis vir fuerit, quem infra anno c. c. c. xv.

Ludouico IV. Boiario Imperium temperante leges.

Nomen Diuo est, S. Henricus eremita Banzaninatus.

B. SILVI